

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

118. Clitumnus fons: Plin. l. 8. Epist. 8.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

Paulum ab imo præacuta, dimensa ad altitudinem fluminis, interuersio pedum duorum inter se iungebat. Hæc cum machinationibus immisla in flumine defixerat, fistulæque adegerat, non sublicet modo directa ad perpendiculum, sed prona, ac fastigiata, ut secundum naturam fluminis procumberent. His item contraria duo ad eundem modum iuncta: interuersio pedum quadragenum ab inferiore parte, contra vim atque impetum fluminis conuicta statuebat: hæc utraque bipedalibus trabibus immisla, quantum eorum tigonorum iunctura distabat, binis utrumque fistulis ab extrema parte distinebantur. Quibus disclusis, atque in contrariam partem reuiaeatis, tanta erat operis firmitudo, atque ea rerum natura, ut, quo maior vis aquæ le incitauisset, hæc arctius illigata tenerentur. Hæc directa materia iniecta contexebantur, ac longuissimis, craticulæque consernebantur, ac nihilo seculis sublīca ad inferiorem partem fluminis obliquæ adgebantur, quæ, pro pariete subiectæ, & cum omni opere coniunctæ, vim fluminis exciperent: & alia item supra pontem mediocri spatio; ut si arborum trunci, sive naues, deiciendi operis causa, essent à barbaris missæ, his defensoribus earum rerum vis minueretur, ne ponti nocerent.

## F O N S.

Ex Apuleio, in Metam.

## Descriptio CXVII.

Namque ibi saxum immani magnitudine procerū, & inaccessa salebritate lubricum, medijs de faucibus lapidis, fontes horridos evomebat: qui statim proni foraminis lacinij editi, perque proclive delapsi, & angusti canalis execto contesti trahite, proximam convallem latenter incidebant, dextera, laevaque cotibus cauatis perserpunt, & longa colla portecti sœni Dracones, inconniuæ vigilia luminibus addictis, & in perpetuam lucem populis excubantibus.

## CLITVM NVS

fons.

Plinius, lib. 8. epist. 8.

## Descriptio CXVIII.

VIdistine aliquando Clitumnum fontem? nondum: (& puro nondum, alioqui narrates mihi) vide quem: ego (pœnit tarditatis proxime vidi.

Modicus collis assurgit, antiqua cupressu, numerosus, & opacus: hunc subter fons exit, & exprimitur pluribus venis, sed imparibus, eluctatusque facit gurgitem, quirlato gremio patescit purus, ac vitreus, ut numerate iactas stirpes, & relucentes calculos possit. Inde, non loci deuexit, sed ipsa sui copia, & quasi pondere impellitur. Fons adhuc, & iam amplissimum flumen, atque etiam nauium patiens, quas obuias quoque, & contrario nisu in aduersitatem transmittit, & perficit: adeò validus, ut illa, quæ properat ipse, tanquam per planum solum, remis non adiuuetur.

Iucundum utrumque, per iocum, & ludum fluitantibus, ut flexerint cursum, laborem otio, otium labore variare, tipæ fraxino multa, multa populo vestiuntur; quas amnis perspicuus, velut mersas viridi imagine minuerat.

Rigor aquæ certauerit niuibus, nec color cedit, adiacet templum priscum, & religiosum. Stat Clitumnus ipse amictus, inductusque praetexta: præsens numen, atque etiam fatidicum indicant sortes. Sparsa sunt circa facilla complura, totidemque Dei simulachra, sua cuique veneratio suum nomen: quibusdam vero etiam fontes: nam præter illum, quasi parentem cæterorum, sunt minores capite discreti, sed flumini miscentur, quod ponte transmittitur: is terminus sacri, profanique. In superiori parte nauigare tantum, infra etiam natare concessum: Balineum, Hispellates, quibus illum locum Dius Augustus dono dedit, publicè præbent, & hospitium: nec desunt villa, quæ sequente fluminis amoenitatem margini insitunt, in summa nihil erit, ex quo non capias voluptatem.

## Notæ in Clitumnum fontem.

Vide, quem ego proximè vidi.  
Notæ sue hypotyposes: in phasianis iudicioribus, que rem caseroqui absentem, legentium pondere subiecta oculis.

Modicus collis, &c. Fontem in arborum ramis expatatum significat: quod ranteperè Aalinus,

in suis r̄iūtūtis p̄dīcāt de Ponto, πολλὰ δὲ καὶ  
autē ἐστιά ἐκ τῶν παραπλεύσιών τῶν θέσεων. Καὶ  
τὸν Θερμήνειον κλάδον τίκτεται. Multa circa

flūmūm umbra ex affīs arborib⁹ & impen-

dentib⁹ ramis oritur.

Eluctatus. Eluctari videtur fons, cum in or-  
tu argenteos vortices glomeratim bullantes vo-  
mit.

Amplissimum flumen. Clitumnus agri Fa-  
lisci celeber flūmūs, de quo Virg. 2. Georg.

Hinc alibi Clitumne greges, &c.

Eius enim aqua pota candidos faciunt boues,  
ut memorat Plinius, l.2. c.103.

Illa qua properat. Qui declini, inquit, flu-  
mine nauigant, nulla remigatione indigent: qui  
aduerso fluminis oblucentar alueo, illum eger-  
rimè conta, remisq; superant, ita rapido cursu  
fertur inciatuſ.

Per iocum, ludumq; fluitantibus: amoe-  
nandi, ut ait Saluianus, animi causa nauigan-  
tibus.

Viridi imagine. Praclarè hoc Statius in Ti-  
burtino Manū Vopisci.

Nemora alta citatia

Incubuerūr vadas, fallax reponſat imago  
Frondibus, & longas eadem fugit umbra per  
vandas.

Arbores igitur volvit morsas in lucenti amne,  
numerari significat, cum re ipsa umbra sensum  
fallant.

Templum priscum. Clitumnus opinor, plene  
non modo superstitionibus urbes, sed & agri ipſi.  
Vnde & Plinius in Traiano dixit: lustrare sal-  
tus, excutere cubilibus feras, superare immensa  
montium iuga, & horrentibus scopulis gradum  
inferre. Inter hac pia mente adire lucos, & oc-  
curſare numinibus: quia ubique etiam, inter  
has solidudines ſparſa fana, & simulachra.

Clitumnus amictus, ornatusq; prætexta.  
Fluuiorum statua pro ripis stabant consecrata,  
& virili quidem specie. Talis Nilus, & Phasis  
apud geminos Philostratos. Talis hic Clitumnus  
in ſuper prætextatus ut Patricius: Non accipio  
de area, aut lapidea prætexta, sed vera. Mox e-  
nim antiquorum simulachra uestiebat. Quod  
ex Tranquillo dicere est, c. 22. in Caligula.  
Quin & prægnantes mulieres molliorē partum  
ſibi poliebantur, ſi idolorum uestibus effent a-  
micta. Hoc Terrullianus indicat lib. de anima,  
c.39. Omnes, inquit, idolatria obſtrice na-  
ſeuntur, dum ipſi adhuc uteri infusis apud idola  
confetti, redimunt, genimina ſua demoniorum  
candidata profiſentur.

Fatidicum indicant fortis. Plena fortibus,  
& fortis legis eo tempore fuit Italia.

Hinc Prænestina, illuc Tiberius. Hic & Fa-  
lifica omnes Tiberius authore Tranquillo dis-  
cute conatus est, ne sic in annos principis inquire-  
rent. Sed Prænestinarum fortium maiestate ter-  
ritus desitit c. 63.

Is terminus faci profanique.

Clitumnus nempe ſacra prædia & agros à pro-  
fanis diſtinguit.

Hifellates. Agri ( opinor ) Falisci incole.

Multa multorum inſcripta. De tabulis voti-  
uis, luculentum habes Theodoreti teſtimonium  
in oratione de Martyribus, de quo alibi dixi.

## FONS AESTVOSVS.

Plin. epist. 30. lib. 4.

### Descriptio C XIX.

**A**trali tibi ex patria mea pro munusculo, quæſtionem altissima iſta eruditio-  
ne dignam: fons oritur in monte, per  
ſaxa decurrat, excipit cœnatiuncula manu  
facta: ibi paulum retentus in lacum decidit. Huius mira natura: ter in die statis  
auctibus, ac diminutionibus crescit, decre-  
ſcitque: cernitur id palam, & cum ſumma vo-  
luptate deprehenditur: iuxta recumbis, & ve-  
ſceris, atque etiam ex ipſo fonte (nam eſt frigi-  
dissimus) potas: interim ille certis, dimen-  
ſisq; motibus, vel ſubtrahitur, vel affurgit;  
annulum, ſeu quid aliud ponis, in ſiccō aliui-  
tur, ſenſim, ac nouiſſime operitur. Detergitur  
rufus, paulatimq; deferitur: ſi diutius ob-  
ſerues, utrumque iterum, ac tertio videas:  
ſpiritusq; aliquis occultior, os fontis, &  
fauces modo laxat, modo includit, prout in  
latus ocurrat, aut deceſſit expulſus; quod in  
ampullis, exaterisq; genetis eiusdem videmus  
accidere: quibus non hians, nec statim pa-  
tens exitus eſt. Nam illa quoque, quanquam  
prona, & vergentia per quasdam oblucentis  
animæ moras, crebris quasi ſingulib⁹ ſiſunt  
quod effundunt. An quæ Oceano natura,  
fonti quoque, quaque impellitur ratione, aut  
reſorbetur ille, hac modicus hic humor vi-  
cibus alternis ſupprimitur, vel egeritur? an  
ut flumina, quæ iu mare defervuntur, aduci-

D d d f a n -